



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XXXIV. Parænesis ad juventutem, ut audita diligenter retractet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

dinis vitio, inquit, nihil malum non inest. Laudatur Atheniensium & Maeedonum institutum, qui severissima lege statuerunt, ut adversus ingratos iure non secus ageretur, atque si ære alieno, vel gravi criminis oppressi forent.

Vide Val.
Maxim.

V. à comparatis. Si Tullio teste, in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubiramus officia conferre, quales in eos existere debemus, qui jam profuerunt? Etsi Senatus Romanus anseres publico stipendio ali iussit, quod Capitolium à Gallorum impetu, strepitu & clangore liberassent, quam gratos nos esse decet in eos, qui animas nostras curant, tuentur, & pascunt?

EPILOGUS constabit adhortatione, ut Auditores, cum in omnes, tum verò maximè in Deum, parentes ac præceptores, quibus, ex Arist. sententia, nunquam par meritis gratia referri potest, grati existant.

XXXIV. PARÆNESIS AD IVVENTUTEM, ut auditæ diligenter retractet.

EXORDIUM à tempore & rei suadende necessitate, quod iam lectiones inchoatae sint in qua ruminatio studia fervere solent, qui servor non in principio duntaxat, sed in medio etiam & fine requiritur, & quidem non in attendendis solum, sed & in retractandis ac ruminandis lectionibus auditis, ut quam altissime animis insigantur ea, quæ præcepta sunt, & iam primas agere radiees cœperunt.

PROPOSITIO: Proinde restatuisse, ad unum omnes amicè admonere, ut per totum lecti-
num cursum omnia in scholis audita, quam dili-
gen-

atur
qui
atos
vel

spe-
ficia
qui
eres
imā
ent,
no-
lito-
um,
sen-
test,

EN-

cess-
jus-
n in
e re-
um,
bus
rea,
iees

um
io-
lili-
en-

gentissimè ac fidelissimè retractent.

CONFIRMAT. I. Locus, ab auditorum adiun-
ctis quodista istiusmodi sint, quæ meritò repeti
debeant, sive sint artium præcepta, sive præclara
morum dogmata.

II. ab imbecillitate humani ingenij, quod ipsum sine
repetitione nihil, aut parum admodum observare
queat, maximè in aliqua auctorū varietate. Hinc
tritum illud: *Lectio audita, & non repetita, est quasi
nulla.* Hinc Axiochus à Socrate confirmatus in ad-
versa valetudine, dixit se omnia post Socratis di-
gressum, quæ ab ipso audierat, repetiturum. Si id
ægrotus fecit, quid non faciet sanus?

III. ab effectis repetitionis. PRIMUS, quod hinc e-
veniat, ut omnia quam tenacissimè hæreant. SE-
CUNDUS, quod hinc tardioris ingenii adolescentes
sapè ingeniosissimos vincant. TERTIUS, quia ut
cibus post concoctionem maximè prodest; sic do-
rina, quæ mentis quidam cibus est, post repeti-
tionem, quæ quædam quasi concoctio est, maxima
commoda habet.

IV. ab ingeniorum diversitate, quod alii facilimè
quid addiscant, alii difficulter: illi uti facile percipiunt
aliquid, ita citissimè percepta vēcis tradunt,
nisi repetitione crebra sibi retineant: hi, quia non
nisi summo labore quid percipiunt, omnem diffi-
cilitatem repetitione vincunt.

EPILOGUS monebit Auditores ad diligentem præ-
lectarum lectionum repetitionem.

-OS (* *) 30

I 4

QVA-